Q. D. B. V.

Ex Hiſtoria Civili,

PRAESIDE

CONRADO SAMVELE SCHVRZFLEISCHIO,

h. t. Ord. Ph. Decano.

Publice diſputabit


M. ELIAS VVEIHENMEIER, VLMENSIS.

ad d. XXIV. Auguſt.

CVM PRIVILEGIO SEREN. EL. SAXON.

Diſputatio IIX.

LIPSIAE, Apud NICOLAVM SCIPIONEM.
clɔ Iɔc XCIIX.



I.



Ines Flandriae veteris recte constituuntur auctoritate et fide *Audoeni*, antiqvissimi rerum Flandricarum scriptoris. Ab hoc lucem accipiunt Meyerus, Marchantius, Lindanus, aliiqve.

II. Circunscripta olim exiguis finibus regio, non fuit vetus, nec prima Francia, ut qvidam affirmant, atqve inter hos *Olivarius Vredius*.

III. Ergo priscae Francorum sedes in Gelria qvaerendae sunt, qvas multis abhinc seculis Procopius Caesariensis indicavit.

IV. Aborigines Franci, qvi Sicambri dicuntur, apud Rheni paludes, non apud Salam, qvi in Moenum influit, consederunt.

V. Franci, qvi Taxandri nominantur, ad Mosae Vahalisqve confluentes porrecti incoluerunt: omnes deniqve generatim appellati, inter Rhenum, Visurgim et Oceanum habitarunt, praeter Sicambros et Toxandros, Attuarii, Ansivarii, Bructeri, Catti, Chamavi, Chauci, Salii, de qvibus Iulianus, Ammianus, Zosimus, Eunapius, Procopius tradiderunt.

VI. Lex Francorum, qvae Salica celebratur, ante transitum in Galliam lata est in veteri Germania, cuius pars est Francia, ex qva victores Gallorum prodierunt, nomenqve Francogalliae condiderunt.

VII. Teisterbantii a Toxandris diversi, non plene ab Hadriano Valesio, nec accurate a compilatore Elzeviriano describuntur. Qvod apparebit, si auctorem *vitae Suiberti* cum utrisqve contendamus, veteresqve Testerbantiae fines perqviramus.

VIII. Comitatus Testerbantius Batuae proximus, sed non Batavorum insula comprehensus fuit.

IX. Hunc sacris Christi initiavit VVillebrordus, primus Traiectensium Antistes, de qvo *vid. Gvil. Heda in catal. Episc. Traiectensium, et Io. Beka in Chronicu.*

X. Neqve vero ea de causa comitatus Testerbantius iure beneficiario agnoscit sedem sacerdotiumqve Traiectinum. Dissentit ICtus *Batavus, in libr. de Nobilitate, cuius rationes et documenta alibi examinabo.*

XI. Bonifacius, antea VVinfridus, non solum Francos, Thuringos et Hessos, sed etiam Saxones doctrina sanctiori emendavit, qvem non immerito Germanorum *Apostolum* dicamus.

XII. Alcuinus tamen, scholae *palatinae* praefectus, de gente Sa-

xonum inprimis meritus eſt, auctor idem Carolo M. atqve hortator, ut Saxoniam ſcholis ſacerdotiisqve ampliſſimis ornaret.

XIII. Prima antiqviſſimaqve ſedes Epiſcopi conſtituta eſt Buriburgi anno DCCXLII. Ex eo loco dignitas haec Paderbornam translata eſt, qvod cur voluerit et ſanxerit Carolus, multae et graves ac Hiſtoricorum vulgo prorſus ignotae rationes Carolum permovebant. De Buriburgo ceteroqvin tacet doctiſſimus Germaniae Epiſcopus Ferdinandus, *in monument. Paderbornenſibus.*

XIV. Fallunt, qvi Saxoniam Epiſcopis donatam affirmant, qvod neqve ex Caroli codicillis, neqve ex epiſtola Leonis Pont. qvi in Saxoniam venit, et Paderbornae ac Merſeburgi ad Dimolam, colloqvii et conſilii cauſa Carolo M. affuit, oſtendi, aut ulla ſpecie probari poteſt. Fruſtra repugnat *P. Ioſ. Cantelius in hiſtoria metropolitanarum urbium part. II c. 7.*

XV. Summa Caroli M. poteſtas in Romam multis modis culta agnitaqve eſt ab Hadriano I, Leone III. et Stephano V. Pontificibus Romanis. Docent hoc epiſtolae, reverentiae et obſeqvii erga Carolum Patricium atqve Imperatorem monumenta.

XVI. Minus dicunt, qvi Patricium Romanum dicunt, ignari hiſtoriae et iuris, nomine tituloqve illo parti. Diverſa enim ſunt, Patricius Romanus, et Patricius Romanorum.

XVII. Pro iuribus Imperii conſervandis nihil non egerunt Imperatores, maxime poſt Ottonis M. tempora conſtitutis Vicariis, qvi pro Imperatoribus Italiam adminiſtrarent. In qvam rem extat diploma *apud Gvilielmum et Albigretum Cortuſſios in hiſtoria l. V. c. 11.*

XVIII. Ipſi hoc faſſi ſunt Sforzae, Caeſari ius eſſe cognoſcendi et iudicandi ſuper imperio Mediolanenſi, et criminibus, qvae Principi impingebantur, *Galeatius Capella lib. VI. de bello Mediolanenſi, cum qvo conf. diſſertatio de diviſione imperii Carolini.*

XIX Qvae Italiae pars cum univerſo tractu, qvi regni Italici nomine venit, nunqvam in ditionem Pontificis Romani redacta eſt, qvod ex actis monumentisqve indubitatis conſtat. Liguria, Aemilia, Corſica, Venetiarum regio, Alpes Cottiae, Pedemontium, ſeparatas ab Imperio rationes habuerunt, et urbes etiam provinciaeqve Imperii Romanorum, ne ſummae qvidem poteſtatis iure conceſſae unqvam et confirmatae ſunt Pontificibus Romanis. *Carolus Sigonius, et Caeſar Baronius* in re cauſaqve hac bonam integramqve fidem non praeſtant, tabulasqve Caeſarum vel mutilas, vel mutatas afferunt, qvod ſtyli temporumqve periti facile cognoſcunt.

xonum inprimis meritus eſt, auctor idem Carolo M. atqve hortator, ut Saxoniam ſcholis ſacerdotiisqve ampliſſimis ornaret.

XIII. Prima antiqviſſimaqve ſedes Epiſcopi conſtituta eſt Buriburgi anno DCC XLII. Ex eo loco dignitas haec Paderbornam translata eſt, qvod cur voluerit et ſanxerit Carolus, multae et graves ac Hiſtoricorum vulgo prorſus ignotae rationes Carolum permovebant. De Buriburgo ceteroqvin tacet doctiſſimus Germaniae Epiſcopus Ferdinandus, *in monument. Paderbornenſibus.*

XIV. Fallunt, qvi Saxoniam Epiſcopis donatam affirmant, qvod neqve ex Caroli codicillis, neqve ex epiſtola Leonis Pont. qvi in Saxoniam venit, et Paderbornae ac Merſeburgi ad Dimolam, colloqvii et conſilii cauſa Carolo M affuit, oſtendi, aut ulla ſpecie probari poteſt. Fruſtra repugnat *P. Ioſ. Cantelius in hiſtoria metropolitanarum urbium part. II c. 7.*

XV. Summa Caroli M. poteſtas in Romam multis modis culta agnitaqve eſt ab Hadriano I. Leone III. et Stephano V. Pontificibus Romanis. Docent hoc epiſtolae, reverentiae et obſeqvii erga Carolum Patricium atqve Imperatorem monumenta.

XVI. Minus dicunt, qvi Patricium Romanum dicunt, ignari hiſtoriae et iuris, nomine tituloqve illo parti. Diverſa enim ſunt, Patricius Romanus, et Patricius Romanorum.

XVII. Pro iuribus Imperii conſervandis nihil non egerunt Imperatores, maxime poſt Ottonis M. tempora conſtitutis Vicariis, qvi pro Imperatoribus Italiam adminiſtrarent. In qvam rem extat diploma *apud Gvilielmum et Albigretum Cortuſſios in hiſtoria l. V. c. 11.*

XVIII. Ipſi hoc faſſi ſunt Sforzae, Caeſari ius eſſe cognoſcendi et iudicandi ſuper imperio Mediolanenſi, et criminibus, qvae Principi impingebantur, *Galeatius Capella lib VI. de bello Mediolanenſi, cum qvo conf. diſſertatio de diviſione imperii Carolini.*

XIX Qvae Italiae pars cum univerſo tractu, qvi regni Italici nomine venit, nunqvam in ditionem Pontificis Romani redacta eſt, qvod ex actis monumentisqve indubitatis conſtat. Liguria, Aemilia, Corſica, Venetiarum regio, Alpes Cottiae, Pedemontium, ſeparatas ab Imperio rationes habuerunt, et urbes etiam provinciaeqve Imperii Romanorum, ne ſummae qvidem poteſtatis iure conceſſae unqvam et confirmatae ſunt Pontificibus Romanis. *Carolus Sigonius, et Caeſar Baronius* in re cauſaqve hac bonam integramqve fidem non praeſtant, tabulasqve Caeſarum vel mutilas, vel mutatas afferunt, qvod ſtyli temporumqve periti facile cognoſcunt.

xonum inprimis meritus est, auctor idem Carolo M. atqve hortator, ut Saxoniam scholis sacerdotiisqve amplissimis ornaret.

XIII. Prima antiqvissimaqve sedes Episcopi constituta est Buriburgi anno DCCXLII. Ex eo loco dignitas haec Paderbornam translata est, qvod cur voluerit et sanxerit Carolus, multae et graves ac Historicorum vulgo prorsus ignotae rationes Carolum permovebant. De Buriburgo ceteroqvin tacet doctissimus Germaniae Episcopus Ferdinandus, *in monument. Paderbornensibus.*

XIV. Fallunt, qvi Saxoniam Episcopis donatam affirmant, qvod neqve ex Caroli codicillis, neqve ex epistola Leonis Pont. qvi in Saxoniam venit, et Paderbornae ac Merseburgi ad Dimolam, colloqvii et consilii causa Carolo M affuit, ostendi, aut ulla specie probari potest. Frustra repugnat *P. Ios. Canteliu in historia metropolitanarum urbium part. II c.7.*

XV. Summa Caroli M. potestas in Romam multis modis culta agnitaqve est ab Hadriano I. Leone III et Stephano V. Pontificibus Romanis. Docent hoc epistolae, reverentiae et obseqvii erga Carolum Patricium atqve Imperatorem monumenta.

XVI. Minus dicunt, qvi Patricium Romanum dicunt, ignari historiae et iuris, nomine tituloqve illo parti. Diversa enim sunt, Patricius Romanus, et Patricius Romanorum.

XVII. Pro iuribus Imperii conservandis nihil non egerunt Imperatores, maxime post Ottonis M. tempora constitutis Vicariis, qvi pro Imperatoribus Italiam administrarent. In qvam rem extat diploma *apud Gvilielmum et Albigretum Cortussios in historia l. V. c. 11.*

XVIII. Ipsi hoc fassi sunt Sforzae, Caesari ius esse cognoscendi et iudicandi super imperio Mediolanensi, et criminibus, qvae Principi impingebantur, *Galeatius Capella lib VI. de bello Mediolanensi, cum qvo conf. dissertatio de divisione imperii Carolini.*

XIX Qvae Italiae pars cum universo tractu, qvi regni Italici nomine venit, nunqvam in ditionem Pontificis Romani redacta est, qvod ex actis monumentisqve indubitatis constat. Liguria, Aemilia, Corsica, Venetiarum regio, Alpes Cottiae, Pedemontium, separatas ab Imperio rationes habuerunt, et urbes etiam provinciaeqve Imperii Romanorum, ne summae qvidem potestatis iure concessae unqvam et confirmatae sunt Pontificibus Romanis. *Carolus Sigonius, et Caesar Baronius* in re causaqve hac bonam integramqve fidem non praestant, tabulasqve Caesarum vel mutilas, vel mutatas afferunt, qvod styli temporumqve periti facile cognoscunt.